DE
SPONDYLARTHROCACE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO-
CHIRURGICA,
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI
EDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITTERARIA
GRYPHICA
PRO SUMMIS
EDICINAE, CHIRURGIAE
ET ARTIS OBSTETRICIAE
HONORIBUS
E XIX. MENSIS NOVEMBRIS ANNI 1844
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

CAROLUS RICHARDUS TÜRK,
SILESIUS.

OPPONENTIBUS:
J. BRUCHAUSEN, MED. ET CHIR. DR.
C. ROHNERT, MED. ET CHIR. DRD.
T. WALLSTEIN, MED. ET CHIR. CAND.

GRYPHIAE,
TYPIS FRID. GUIL. KUNIKE, REG. ACAD. TYPOGR.

VIRO

ERUDITISSIMO, GENEROSISSIMO,

HUMANISSIMO

RUD. DE GARNIER,

JUDICII SUPREMI PROVINCIALIS ASSESSORI,

HASCE

STUDIORUM PRIMITIAS

D. D. D.

AUCTOR.

§. I.

Definitio et cognomina morbi.

Spondylarthrocace, proficiscens a vocabulis σπόν-λος, (spondylus, *Wirbelbein*), ἄρθρον (articulus, *Gelenk*) et κακὸν (malum, *Uebel*), eum signiat columnae vertebralis morbum, qui vel e verterum corporibus, vel ex earum cartiliginibus limentisque oriens inflammationis saepissime chroae formam prae se fert, doloribus et loci adfecti umescentia manifestatur, sensim sensimque symmata nervosa, quae in debilitatione et paralysi rvorum sensibilium et motoriorum constant, addu, denique longiori vel breviori tempore elapso in iem atque exulcerationem partium affectarum exia facit. Rust primus hancce denominationem prosuit, quem plerique recentiores secuti sunt. Apud dicos priores idem morbus nominabatur: Sponalgia, Rhachialgia, Notalgia, Neuralgia rhachitica, xatio vertebrarum spontanea, Cyphosis paralytica, lum sive Gibbositas sive Contractura Pottii, *mal Pott, mal vertébrale de Pott, Pottischer Buckel.*

§. II.

De historia morbi et litteratura.

Ut de tota hac morborum classe, quae nomine Arthrocaces insignitur, sic etiam de illa specie, cui nomen Spondylarthrocaces inditum est, novissimis demum temporibus accuratiorem nacti sumus cognitionem. Quamquam morbus, de quo amplius disseremus, vetustissimis medicis haud ignotus, jam enim inter priscos Hippocrates [1]), Galenus [2]), inter recentiores scriptores Morgagni [3]), van Swieten [4]) aliique in scriptis suis eum memorant, tamen saeculo antecedente Percival Pott [5]) primus hujus morbi aetiologiam, decursum, praecipue curationem accuratius descripsit. Hujus viri sententiam plerique chirurgi sequebantur aut conjecturis suis modificabant. Hac vero aetate

---

1) Hippocrates de morbis vulgar. L. 2 S. 7. Edit. Foës. Fol 1521, p. 1016.

2) Galeni comment. in Hipp. de artic. Venet. ap. Junt. 1550, vol. VI, p. 269.

3) Morgagni de sedibus et causis morborum 4 art. Epist. 4 10, 40, 48, art. 13. epist. 10, art. 3. epist. 38, art. 17 epist. 48, art. 34, 35, epist. 55, art. 10. epist. 57, art. 2 epist. 62, art. 11, qui observationes continet; nec non epist. 27, art. 31—34, ubi a citatis exemplis ad morbum concludit.

4) Van Swieten, Commentar. Hermanni Boerhaave Aphor. in T. II, pag. 704.

5) Perc. Potts sämmtl. chirurg. Werke. A. dem Engl. übersetzt, 2ter Band. Berlin 1787. S. 337 und 363.

primis fuerunt Rustius [6]), Brodie [7]), Delpech [8]), ɜger [9]), Louis aliique, qui de cognitione, natura curatione optime meruerunt.

Gravissimi libri, quibus de Spondylarthrocace ɪs sum, sunt hi:

Percival Pott's sämmtliche chirurgische Werke, aus dem Engl. übersetzt, 2. Bd., Berlin 1787.

Delpech, Précis élémentaire des maladies réputées chirurgicales, Tom. III, Paris 1816.

Rust, Arthrokakologie oder über die Verrenkungen durch innere Bedingung und über die Anwendung des Glüheisens bei diesen Krankheitsformen, Wien 1817.

Boyer, Traitè des maladies chirurgicales et des opérations qui leur conviennent, Tom. III, Paris 1822.

Wenzel, über die Krankh. am Rückgrathe, Bamberg 1824.

Louis, Mémoires ou recherches anatomico-pathologiques. Paris 1826.

Jaeger, die Entzündung der Wirbelbeine, ihre Arten und ihr Ausgang in Knochenfrass und Congestions-Abscess, Erlangen 1831.

J. N. Rust, Arthrokakologie etc. Wien 1817.

Brodie, patholog. und chirurgische Beobachtungen über die Krankheiten der Gelenke, aus dem Engl. von G. P. Holscher. Hannover 1821.

Delpech, Précis élémentaire des malad. réput. chirurg. T. III, p. 342. Paris 1816.

Jaeger, die Entzündung der Wirbelbeine etc. Erlang. 1817.

Ollivier, Traité des maladies de la moelle épinièr
Paris, 1837, T. II.
Schmidt, Encyclopaedie der gesammten Medicin,
Vereine mit mehreren Aerzten, Bd. I, Lpzg. 184
Encyclopaedisches Wörterbuch der medicin. Wisse
schaften, Bd. 18, Berlin 1838.
Troschel, Lehrb. der Chirurgie, Berlin 1839, Bd.
Chelius, Handbuch der Chirurgie, Wien 1839, Bd.
Th. I.
Rokitansky, Handbuch der pathol. Anatomie, Wi
1842, Bd. II, Lief. II.

§. III.

Differentiarum Spondylarthrocaces conspectus.

I. Quod ad locum, quem affectio morbosa occ pat, attinet, accipiuntur differentiae hae:

1. Spondylarthrocace in vertebris cervicalib et quidem saepius in atlante et epistroph cum ossis occipitis condylis.
2. Spondylarthrocace vertebrarum dorsualiu praecipue inferiorum, quae species inter o nes nobis frequentissime occurrit cum s quenti.
3. Spondylarthrocace, quae locum column vertebralis lumbalem tenet.
4. Spondylarthrocace, quae os sacrum et sy physim sacro-iliacam occupat, et rarissin in conspectum venit.

I. Differentiae secundum partes ipsas affectas; tum morbus dividendus videtur:

1. in spondylitidem, si corpora spondylorum affectio invasit, et
2. in spondylarthritidem, si partes, quae articulum componunt, primo sunt affectae.

II. Secundum decursum morbus est

1. acutus, qui rarius occurrit,
2. chronicus.

V. Quoad causam, habemus:

1. Speciem scrophulosam,
2. - rheumaticam,
3. - arthriticam,
4. - syphiliticam,
5. - rhachiticam,
6. - metastaticam,
7. - traumaticam etc. etc.

V. Secundum stadia divisiones variae sunt: alii duo tantum stadia accipiunt [10]), quorum primum est inflammatorium, alterum id, quo abscessus per congestionem et caries vertebrarum accidunt, alii tres: 1^mo^ stadium inflammationis, quod mutationes organicae nondum comitantur, et cujus symptomata tam sunt clandestina et, ut ita dicam, dolosa, ut saepe aut plane lateant, aut alii cuidam morbo attribuantur;

2^do^ stadium destructionis cariosae, in quo vix unquam desideratur intumescentia quaedam

---

10) Jaeger l. c. p. 9.

in aliquo columnae vertebrarum loco, mox acce-
dentibus gibbositate et phaenomenis paralyticis

3tio denique stadium suppurationis, in qu
pus, ab osse carioso secretum et in loco quo-
dam congestum, in corporis superficie extern
apparet, quod plerumque cum paralysi tota
unius alteriusve corporis partis conjunctum es

Plerique quattuor: stadium inflammatorium
subluxationis, luxationis s. exarticulationis e
ulcerosum. His distinctis morbi imago fit clarior
qua re in morbo describendo stadia quattuor a
Rustio[11]) proposita, quae etiam in aliis arthro-
cacis certis signis dignosci possunt, accipere
volumus.

§. IV.
Symptomatologia.

I. Stad. Scriptores hoc stadinm nominant initii
inflammatorium. Symptomata hujus levia et saepiu
vix animadvertenda sunt. Dolores, qui interdum a
aegroto omnino non percipiuntur, certum sibi no
eligunt locum, itaque naturam rheumatismi acut
musculorum columnae vertebralis prae se ferunt
praeterea obtusi, continui vel remittentes, praecipu
horis nocturnis et temperie frigida simulque humid
exacerbati. Nonnullis in casibus doloris sedes
experimento a Copelandio commendato adhibito, qu
spongia, aqua calida madefacta, spinas vertebrarum

---

11) Rust Arthrocac. § 43.

nte sublevit, aut secundum Wenzelii[12]) observaones, si remedia volatilia, e. g. Liquor Ammonii ıusticus, Elixir vitae cum oleis aethereis in comnam vertebralem inunguntur, melius percipitur. raeter dolorem alia symptomata observamus, quae, rout sedes mali est, aut in organis pectoris, aut odominis, aut in extremitatibus se manifestant, atıe in his sensus imbecillitatis et debilitatis et rigos inest. Praecipue magna extremitatum defatigatio ıimadvertitur, corporis movendi studium et facultas inuitur propter dolorum inde proficiscentium veheentiam, et liberi, qui jam ire potuerunt, ab omni otione sensim sensimque se abstinent. Quod formam olumnae vertebralis externam attinet, omnino non utata invenitur[13]).

II. Stad. Chirurgi hoc stadium appellant staium subluxationis, in quo symptomata sequentia nois obveniunt. Dolores mox redeunt graviores et in no loco columnae vertebralis inhaerent[14]), in qua rominentia exigua vel unius vel plurium vertebrarum, uae jam ex normali conjunctione discedere incipint, apparet. Verumtamen interdum fit, licet exuleratio in columna spinali initium jam ceperit, ut, eficiente illa prominentia, symptomata morbi obcura sint, ita ut aeger omnino malum non respiciat raesertim si functiones vegetativae, quod nonnunuam fieri solet, in hac periodo bene procedunt.

12) Wenzel l. c. p. 265.
13) Chelius l. c. p. 155.
14) Troschel l. c. Band I. p. 309.

Intumescentia quoad circuitum variat, nunc angulum acutiorem, nunc obtusiorem format, processus spinosi crassiores vel explanatiores. Ceterum plerumque affectiones, quae in stadio primo aut jam aderant aut ab aegroto non satis percipiebantur, nunc augentur vel vehementius sentiuntur, ut, etiamsi dislocatio corporum vertebralium nondum appareat, diagnosis utique certe fiat. Facies aegroti nunc exhibetur pallida, flava, collapsa [15]), affectiones spasmodicae et paralyticae haud desunt, aut certe in gradu lenissimo, torpor accidit cutis pectoris, abdominis, pedum manuumque, acceditque paullo post sensus frigoris harum partium, temperie ipsa cutis haud alienata; deinde etiam formicatio invadit, artus torpore hebetantur et instupescunt [16]).

III. Stad. Hoc stadium Rustius nuncupat stadium luxationis. Forma columnae spinalis mutata in hac periodo firmior redditur, curvatio major sensim evadit, quae semper fere cyphosis forma apparet; interdum autem praeter cyphosin etiam lordosis scoliosisque observantur, adeo quidam scoliosis gradus cum cyphosi conjunctus invenitur [17]). Symptomata non semper a difformitate pendent, nam licet curatio interdum exigua sit, jam paralysis completa est, dum aliis in casibus etiam apud difformitatem permagnam aut nulla paralysis aut tantum

---

15) Jaeger l. c. p. 15.

16) Encyclopädisches Wörterbuch l. c. p. 381.

17) Jaeger l. c. p. 28.

nima observatur [18]). Aegroti motus laterales anxie ant, situ dorsuali uti non possunt et libentius in ere incumbunt; stare et incedere incertum nec ɔitrio libero amplius est subjectum; si aegri rem solo tollant, extremitates inferiores flectunt, masque in genu imponunt [19]). Progrediente morbo nvulsiones musculorum, pedum oedema, molestiae hmaticae, tussis spasmodica, hydrops pectoris, dominis etc. accedunt, dum in universum corporis tritio atque habitus faciei imminens vitae pericun nondum praesagire permittit.

IV. Stadium. Hoc stadium medici vocant stam ulcerosum. Tempore longiore vel breviore ıeterlapso, tumor in partibus corporis variis [20]), gis minusve a sede morbi primaria remotis, ori-, qui initio parvus, rubedine destitutus, non calis neque circumscriptus est et paullatim increscit. m, nisi forte sub fasciis tendinosis, sine dolori-s, mollis aut durus, fluctuans aut non; si commitur, evanescit, ut in alio loco mox iterum ad-eat; cutis imposita tenuior fit et livida; tandem roditur et pus contentum et quidem ejus major ıia, quam inesse videbatur, evacuatur. Pus [21]) um solet esse tenue, inodorum aut odore foetido, ore flavo sive subrubro, flocculis albuminosis, e rupta tela cellulosa vel e dissolutis lamellis osseis

---

3) Pott l. c. p. 381.

)) Boyer l. c. p. 499.

)) Delpech l. c. p. 345.

l) Boyer l. c. p. 500.

compositis, completum. Relevatio post introitum et eruptionem tumoris haud raro quidem aliquamdiu sequitur, affectus enim paralytici, rigor extremitatum evanescunt, aegrotusque mali finem jam sperat sed paulo post omnes molestiae redeunt. Vires in dies consumuntur, pus abit in ichorem foetidum, febris hectica cum sudoribus abdominalibus, cum macie tristi, diarrhoeis lentescentibus adparet, paralysis vesicae, ani, hydrops universalis et partialis, decubitus etc. vitae finem imponunt[22]).

§. V.

Symptomatum conditio praecipue a loco columnae vertebrarum, in quo mali est sedes, pendet, qua ex causa symptomatologiam pro horum locorum varietate variam exponere in animo est.

1. Si malum in colli vertebris suam habet sedem, aegroti dolorem colli cervicisque, in uno quidem loco praecipue vehementem, attamen sursum trans totum occiput et deorsum usque ad scapulas sese extendentem, conqueruntur[23]). Qui quidem augetur non solum, si caput movetur, sed etiam si majores panis vel carnis particulae deglutiuntur, quin immo facta alta respiratione; raro vertebra quaedam tumefacta invenitur. Morbo progrediente sensim sensimque omnia symptomata et localia et secundaria, graviora fiunt molestioraque, praesertim summa cum anxietate aegrotas capitis quemlibet motum metuit,

---

22) Jaeger l. c. p. 38.
23) Schmidt l. c. p. 191.

a quidem, ut, vertebris superioribus affectis, caut resupinet, inferioribus vero affectis proclinet[24]), t, quod signum pathognomonicum est, in quaque ıutatione situs aut status capitis, non voluntate du:us, caput manuum ope sublevat. Initio capitis in.inatio semper fit ad latus malo oppositum, idque lerumque, quum Rustius[25]) semper fere sedem rimariam in latere sinistro inveniret, ad latus dexum, serius caput rursus assumit statum magis ectum et deinde in opposita directione retrorsus : oblique se inclinat, saepissime vero ad humerum nistrum. Quo magis morbus ad finem properat, o minus aegrotus auxilio manuum ipse caput moere potest. Accidit enim extremitatum superiorum aralysis, quae capiti sustentando inserviebant. Siul etiam deglutiendi difficultas augetur[26]), quae m omnino impedita est, aphonia, excreatio purunta et, quod non est praetermittendum, physioıomia faciei propria dolorosa observatur. Serius :yus abscessus in colli regione apparet et plerumıe mors post phaenomena hectica scenam claudit[27]).

2. Morbus, si vertebras dorsuales praecipue feriores et lumbales sibi elegit, saepissime promientia vertebrarum incipiens apparet, quae sub noine *mal vertébrale de Pott* significatur, et formas versas jam supra nominatas exhibet. Defatigatio

---

24) Jaeger l. c. p. 17.

25) Rust Arthrocac. l. c. p. 79.

26) Wenzel l. c. p. 275.

27) Encyclopäd. Wörterbuch p. 387.

insolita et lassitudo praesertim extremitatum inferiorum nimia tempore aliquo tanta fit, ut aegroti saepe, nulla praecedente occasione, vacillent, pedes in progrediendo crucientur, praesidium firmum petant, ne procumbant[28]). Quae nunc accedunt symptomata sunt sensus imminuti in extremitatibus inferioribus, quae quidem fiunt frigidiores, tardiores denique plane paralyticae. Attamen haec paralyseos species, ut Pottius recte monet[29]), a mere nervosa eo differt, quod in articulationibus non laxitas illa plenaque resistendi impotentia in conspectum venit, sed illae semper fere firmitatem aliquam exhibent, quin in infantibus pes nonnunquam in modum pedis equini sursum trahitur[30]). Praeter symptomata haec paralytica observantur affectiones asthmaticae, suffocativae, deinde symptomata, quae phthisis pulmonum et hydrothorax offerre solent, ut si attentio avertitur a spina dorsi, putare possis, morbum vere adesse pulmonum[31]); praeterea abdomen tumefactum atque tensum, dolores colici, alvus irregularis, paralysis ani vesicaeque occurrunt. Denique abscessus in conspectum venit, qui, quamquam in omnibus partibus, tamen praesertim in latere interno et superiore femoris, prope a ligamento Poupartii observatur, quo aperto morbus mox in mortem transit.

3. In spondylarthrocace sacrali dolor fixus,

---

28) Pott l. c. p. 370.
29) Pott l. c. p. 368.
30) Wenzel l. c. p. 285.
31) Rust Athrocac. l. c. p. 74.

rofundus prope symphysin sacro-iliacam, qui, quum egrotus e sella surgit, fit acerbissimus, praeterea ecundum nervi ischiadici decursum usque ad pedes lecurrit. Simul quae extremitas articulo affecto respondet, ea torpet, intumescit neque sine doloribus ehementissimis potest moveri. Paralysis autem extremitatum anique raro admodum existit [32]). Deinde per destructionem ulcerativam dislocatio partis pelvis morbo correptae sequitur, quo fit, ut pes lateris iffecti brevior reddatur et spina anterior et posterior uperius ascendant. Denique abscessus in musculis glutaeis supra trochanterem aliisque locis in adspectum venit [33]).

§. VI.

Hunc vero ordinem in antecedentibus descriptum symptomata non semper sequuntur, immo interdum nonnulla desunt et alia ex causis praedisponentibus vel occasionalibus ortis adsunt. Nam norbus saepe gravioris momenti observatus est et egroti sub attactu spinae vertebralis vehementi nulım senserunt dolorem. Extremitatum ille sensus, ere constans, frigoris ac stuporis interdum non aparet, saepius vero aliquod ante tempus, quam gibus sit, stupor et paralysis venit, sed etiam gibbus on semper adest. Pottius nonnullos observavit casus ariei vertebrarum sine spinae dorsualis curvatura. lii aegroti morbo incipiente, extremitatum inferiorum

32) Encyclopäd. Wörterbuch l. c. p. 389.
33) Chelius l. c. p. 162.

privantur usu; alii tamen meare possunt, alii fulcrorum ope incedunt, alii absque magno labore considere valent, alii morbi ab initio immobiles fere in lecto cubant, alii facili modo sese movent atque vertunt [34]).

§. VII.

Exitus.

Spondylarthrocace vel in sanitatem perfectam vel imperfectam vel in mortem transit. Stadio primo, deformitatibus adhuc nullis, per medicamenta apta et per vim naturae medicatricem, inflammationis resolutio, quacum sanitas perfecta interdum adducitur. Neglecto vero hocce in stadio morbo, spes sanitatis tantum imperfectae existit, quia per ossium mollitiem cariemque spinae vertebralis introrsum flectitur, gibbusque oritur, qui usque per omnia tempora remanet. Sed et in stadio secundo arte naturaeque viribus adjuvantibus processus morbosus coerceri potest, dum materia ossea nova secernitur callusque formatur, quo vertebrae, per ancylosin firmitatem accipiunt [35]). Sic observavit Rustius [36]) in parte cervicali, atlantem cum osse occipitali perfecte coaluisse et quamvis canalis medullae spinalis valde esset coarctatus, hic casus non fuit lethalis, quum natura pressioni in medullam spinalem paulatim adsueverit. Functiones ceterae ad normam

---

34) Pott l. c. p. 375.

35) Troschel l. c. p. 312.

36) Rust l. c. p. 81.

deunt, symptomata paralyseos sensim sensimque inuuntur, attamen non plane evanescunt. Nonnunuam quidem post sanationem haud prorsus perfeus extremitatum usus relinquitur, ita ut aegrotus otiones aliquas exsequi non possit ex. gr. pedem l perpendiculum in terra ponere[37]). Quamquam adium ultimum mortem saepissime affert, tamen terdum aegroti vita servatur.

§. VIII.
Sectio cadaveris.

Quamquam uberrimus observationum anatomicothologicarum thesaurus nobis traditus est, tamen gerrime nobis est ferendum, quod de mutationibus imi stadii pathologicis perpaucae tantum apud scriores exstant observationes, quia rarissime aegroti c tempore mortem obeunt. Rust[38]) ceterum de hac riodo dicit, partes molles aut in statu normali verri, aut paululum tantum mutatas esse, deinde apratum ligamentosum manifeste alienari, crassiorem cioremque reddi, corpora tamen vertebralia jam se in contextu emollita et interdum a loco normali mota. In decursu sequenti semper destructionem riosam unius vertebrae aut plurimarum invenimus quidem aut corpora sola, aut cartilagines interrtebrales ipsae morbifice afficiuntur[39]). Saepius ura corpora vertebralia adeo sunt diruta, ut eorum

7) Wenzel l. c. p. 286.
8) Rust l. c. p. 74.
9) Boyer l. c. p. 501.

nullum vestigium restet. In spondylarthrocace vertebrarum cervicalium saepissime duae superiores cum condylis occipitalibus et quidem saepius in latere sinistro quam in dextro sunt cariosae. Si aegrotus mortem subito obierat, aut processus odontoideus cariosus fractus aut sanguinis extravasatum ex arteria vertebrali erosa invenitur[40]). Si caries vertebrarum dorsualium adest, interdum etiam costarum capitulum, aut earum collum corporisque pars correpta sunt[41]), deinde etiam costae vasculosae et ita sunt friabiles, ut per minimum pressum frangerentur, aut exarticulatione cum columna vertebrali discedant. In spondylarthrocace lumbalium vertebrarum saepe os ileum, coxae articulus trochanteresque sicut in spondylarthrocace sacrali partes symphysis sacro-iliacae molles, destructae et superficies adjacentes ossis sacri ileique cariosae sunt. Cum carie incipiente pus se effundit in partes prope sitas, in telam cellulosam adjacentem; haec ut in omnibus his casibus fieri solet, propter irritationem membranam format, in qua pus inest. Quo facto non solum ejus effusio in thoracis vel abdominis cavum, sed etiam absorptio impeditur. Plerumque pus per ductus fistulosos in diversas regiones sese effundit et abscessum congestivum in conspectum venire sinit. — Quod conditionem medullae spinalis ipsius ejusque membranarum attinet, hae quidem

---

40) Rust l. c. p. 81.

41) Encyclopäd. Wörterbuch l. c. p. 391.

lerumque in statu integro inveniuntur, illa contra ıepe a natura recedit. Phaenomena paralytica vulgo pressione, quam pus in canali spinali collectum . organon illud exercet, explicabantur. Wenzel [42]) ɜro affectionem nervi sympathici supposuit, quod ɔdierno physiologiae statui minime congruit. Louis [43]) emorat quattuor casus, quibus emollitio medullae ›inalis in ea regione, quae ossium cariei corre- ›ondebat, conspecta est; in quinta autem sectione edulla spinalis fuit normalis, nullamque oppressio- ɜm a pure passa est, quum cystis tantum usque ad midium impleta pressnm exercere non posset. Is itur concludit, malaciam in carie spinae dorsi oriri : oppressione cystidis pure impletae. Verumtamen ıum, ubi sanatio intravit, omnes fere affectiones 'aeter curvationem evanescant, inde jam colligere ɜet, medullam spinalem saepe manere integram, ›pressionemque cystidis non semper relinquere se- ıelas malignas, quoniam, quum mollitio insanabilis :, nunquam post affectiones ex compressa medulla ›inali ortas sanatio evenire potuisset. — Ollivier [44]) puero, qui ex vertebrarum dorsualium trium ulti- ɜrum carie laboraverat, medullam spinalem ab ver- bra dorsuali nona usque ad vertebram lumbalem imam plane deletam invenit. Praeter eas, quas ›minavimus, destructiones nervorum spinalium, in_ ratio nervi sympathici, erosiones vasorum sangui-

42) Wenzel l. c. p. 318.
43) Louis l. c. p. 411.
44) Ollivier l. c. p. 444.

ferorum, tubercula in pulmonibus, renibus, hepate, mesenterio, intestino, indurationes scirrhosae vaginae, uteri aliorumque organorum observatae sunt [45]).

§. IX.
Aetiologia.

I. Momenta disponentia; inter haec nominari potest:

1 *Aetas.* Quamquam morbus nulli parcit aetati, tamen hunc provectiori aetati rarissime, adultae rarius, infantili ac juvenili saepissime adnexum esse animadvertimus, quum hac aetate et ossa et ligamenta spinalia intervertebraliaque in formatione et maxime vasculosa sint, ita ut causae occasionales facillime vim exerceant [46]).

2. *Genus.* Utrum mares an feminae hoc morbo saepius corripiantur, auctores non consentiunt. Rustius [47]) dicit, se de coxarthrocace in eorum sententiam discedere, qui contendant, sexum potiorem saepius malo obnoxium esse, de ceteris autem arthrocacis et de spondylarthrocace saepius generi muliebri evenire morbum. Spondylarthrocace sacralis propter graviditatem et partum difficilem maxime apud feminas invenitur [48]).

3. Quod vitae rationem attinet, scriptores etiam de ea non consentiunt, tamen ex observationi-

---

45) Jaeger l. c. p. 58.
46) Jaeger l. c. p. 59.
47) Rust l. c. p. 24.
48) Troschel l. c. p. 315.

bus illi homines, qui in negotiis dorso flexo curvatoque uti debent, ex. gr. sartores [49]), saepius hoc morbo occupari videntur.

Num praeter haec momenta nominata etiam ispositio hereditaria vel clima peculiarem exerceant im, jure a Rustio [50]) in dubium vocatur.

II. Causae occasionales aut mechanicae aut constitutionales s. internae sunt:

1. *Causae occasionales mechanicae* morbum per se adducere possunt, tamen rarius quam internae, in illis praecipue numerabantur ictus, pulsus, lapsus in spinam dorsi, distorsiones ligamentorum dorso flectendo, in oneribus portandis, nimiis laboribus musculorum dorsualium. Etiam cordis aliorumquo organorum hypertrophia, aortae aneurysmata, ab nonnullis huic referuntur [51]), tamen sine jure, quia, quamvis haec vitia ut plurimum resorptionem ossium adjacentium procreare soleant, tamen cariem cum suppuratione nunquam efficiunt [52]).
2. *Causae occasionales internae.* In his dyscrasiae primum tenent locum, quae depositiones materiales invertebris affectis faciunt, quas inflammatio subsequitur. Scrophulosis praesertim in aetate

49) Journal für Chirurgie und Augenheilkunde von Graefe und Walther. Bd. V. Heft III. p. 447.

50) Rust l. c. p. 28.

51) Wenzel l. c. p. 250.

52) Jaeger l. c. p. 61.

infantili juvenilique maxime valet ad hujus morbi evolutionem. Una cum Rustio [53]) omnes fere scriptores contendunt, se observasse, hoc malum saepissime prodiisse ex diathesi scrophulosa et quidem ex materia tuberculosa in tela ossea spongiosa deposita, quae paulatim accumulatur et telam osseam corrumpit [54]). Haud raro e rheumatismo arthritideque [55]), quae praecipue colli vertebras et symphysin sacro-ilacam corripit, hujus mali origo ducitur. Deinde metastases per exanthemata commotae, suppressiones secretionum et irregularium et regularium, debilitates systematis nervorum spinalis excessibus in venere bacchoqne sicut onania [56]) secundum scriptorum observationes causae hujus morbi fuerunt.

III. Causa proxima.

Quamvis pathologico-anatomicae disquisitiones, quotquot sunt, in hominibus e spondylarthrocace mortuis omnibus fere temporibus institutae sint et plurimi scriptores inter sese conveniant, naturam hujus morbi constare in inflammatione cum sequenti suppuratione earum partium, quae malo correptae sunt, tamen valde inter sese discrepant, ubi primaria sit morbi sedes. Rustius statuit, malum semper in corporibus vertebrarum ipsis exoriri et partium vici-

---

53) Rust l. c. pag. 26.
54) Rokitansky l. c. p. 210.
55) Wenzel l. c. pag. 241.
56) Boyer l. c. p. 496.

iarum affectionem, ut ligamentorum et cartilaginum liarumque partium mollium aut inde sequi aut una um malo illo nasci. Etiam Pottius[57]) credit, non uperficies articulares, sed tantum corpora vertebralia tentari. Jaeger[58]) autem de hac re dicit, veriimile esse, sedem morbi primariam pendere a causis raedisponentibus et occasionalibus. Secundum ejus ententiam igitur inflammatio exoriri potest aut ex eriosteo externo et apparatu ligamentoso spinae orsi, imprimis rheumatismo et causis mechanicis rovocata, aut ex cartilaginibus intervertebralibus, ut ex vertebris ipsis faciebusque articularibus. Adit etiam ille, haud dubium esse, quin saepe primum ela medullaris corripiatur, tum substantiae corticas et partium mollium affectionem sequi.

§. X.
Diagnosis.

Quamquam symptomata supra commemorata pondylarthrocacen quam accuratissime explanare identur, nec difficile medico esse potest, diligentius lis comparatis diagnosin certam constituere, tamen on est negandum, quin morbus hic cum aliis nonnuls sibi simillimis possit commutari. Ejusmodi sunt:

1. Dolores rheumatici, cum quibus propter orum naturam vagam et remissiones magna est siilitudo — tamen paralyseos incipientis symptoata desunt.

57) Pott l. c. pag. 382.
58) Jaeger l. c. pag. 63.

2. Dolores haemorrhoidales, a quibus tamen stadium prodromorum, signa haemorrhoidum peculiaria etc. disjungunt.

3. Dysphagia organica sive strictura oesophagi — symptomata morbi primarii colli desunt, sicut specillum, quo ad faucem perscrutandam utimur, nullum in faucibus impedimentum invenire potest.

4. Obstipitas colli habitualis, muscularis — musculus sternocleidomastoideus non est contractus.

5. Morbi organici cerebri et medullae spinalis, qui spasmos paralysinque in variis organis provocant; — at in illis cephalea vehemens, affectus organorum sensus, aequalis paralysis partium, quae ab cerebro nervos accipiunt, signa oppressionis per exsudata, ut in apoplexia, aut per destructionem organicam, ut in encephalomalacia; dispositio et causa praegressa; in his praeterea dolor fixus, vehemens, febris ingens, decursus celer diagnosin incertam impediunt.

6. Neuralgiae pectoris abdominisque hypertrophia cordis, hepatisatio pulmonum, aneurysma aortae — hic paralyseos symptomata desunt.

7. Morbi idiopathici extremitatum post rheumatismum, arthritidem — his praecedunt alia arthritidis etc. symptomata et quaevis affectio spinalis deest; musculi molles sunt et laxi; articuli, praecipue genu, rigiditatem nullam ostendunt.

8. Tabes dorsualis — habitus, dolores urentes secundum columnam vertebrarum, pollutiones,

ıropria debilitas extremitatum inferiorum discrimen ·aciunt.

9. Cyphosis muscularis — dorsi musculi ta-ıescunt, omnes dorsi processus spinosi prominent, ıullus dolor adest, sicut irritationis et paralyseos ymptomata desunt.

10. Scoliosis habitualis et rhachitica — mnia spodylarthrocaces pathognomonica sympto-ıata praecipue irritationis et paralyseos desunt.

11. Coxarthrocace — dolor in genu atque rticulatione formali, praesertim si extremitates mo-entur, deest.

Abscessus per congestionem commutari potest:

1. Cum simplici abscessu glandularum acuto, uem aliae causae praecedunt, alia symptomata co-ıitantur.

2. Cum abscessu chronico, lymphatico — ıic dolores prementes in loco tumoris sentiuntur, ımor comprimi non potest et fistulae post incisio-ıem desunt.

3. Cum abscessu et fistula renali — ne-hritidis symptomata non observantur.

4. Cum abscessu et psoitide, quae per se aro occurrit — dolor secundum musculum psoam in ectendo femore adest, dum symptomata nervosa et ertebrarum affectiones desunt.

5. Cum herniis — fluctuatio in abscessu er congestionem manifesta est et deficiunt sonitus roprii in herniarum repositione occurrentes.

§. XI.
Prognosis.

Prognosis spondylarthrocaces, quae morbis periculosissimis et molestissimis adnumerari potest, in universum est infausta, nam raro solae naturae vires ad statum integrum restituendum sufficiunt et saepenumero homines post longinquos labores doloresque hoc morbo absumuntur; tamen in specie pendet

1. ab aetate atque aegroti individualitate; quo debilior, junior et senior aeger, eo pejor prognosis;

2. a stadio causisque; si morbus jam in primo aut secundo stadio cognitus, medicamentis aptis curatus est, inprimis si causa mechanica suffluit, eo certius perfecta sanatio potest exspectari, nam inflammatio ossium resolvi, sanies effusa resorberi et dislocatio vertebrarum ipsa incipiens per curationem idoneam corrigi potest; morbo autem usque ad tertium aut quartum stadium progresso, prognosin invenimus infaustissimam, praesertim si malum ex dyscrasiis exortum est;

3. a sede; prognosis pessima, si atlas et epistropheus, melius, si pectoris quam abdominis vertebrae afficiuntur; minimum periculum ossis sacri et symphysis sacro-iliacae affectio affert;

4. a conditionibus externis; quo meliores res externae aegroti sunt, eo faustior fit prognosis, nam diaeta apta, quies, domicilium salubre curationi maximo sunt adjumento.

§. XII.

Curatio.

In hujus morbi curatione in universum tres ıdicationes sunt tenendae:

1. Sicut ubique, ita hic quoque causae sunt emovendae aut potentiae certe earum nocentes in ›cum aegrotum quam maxime deminuendae.

2. Anomalias loci affecti ipsas avertere coari debemus, et quidem

a) in stadiis variis inflammatio et intuıescentia resolvenda,

b) serius processus suppurativus proındus coercendus,

c) fluida jam effusa aut per resorptionem ut per derivationem, prout sedes mali periodusque ostulant, removenda.

3. Vis vitalis aegroti in universum ad cuationis scopum est dirigenda. Objecta curationis upra nominata, nec minus remedia, quibus malum ggredimur, secundum stadia singula valde variant.

Quum morbus in stadio primo in inflammatione ititur, partim remediis topicis et universalibus, artim diaeteticis hancce inflammationem aggredi ossumus cum respectu causarum. Sic igitur, si ausa fuit mechanica, antiphlogosin severam praeipue adhibebimus, praeter venaesectiones sanguinis etractiones locales per cucurbitas cruentas, ante mnia vero per hirudines. Etiam epithemata frigida multis scriptoribus his in casibus jure laudantur.

Sin autem inflammatio eo progressa est, ut omnia ejus symptomata maxima cum vehementia in lucem prodeant, illis sanguinis detractionibus adhibitis, hydrargyrus muriaticus mitis ob ejus vim ad tractum intestinalem derivantem et ad resorptionem augendam interne porrigatur, quae resorptio multo altior redditur simul institutis unguenti cinerei frictionibus. Inflammatione causa rheumatica provocata, eodem modo, quo supra dictum est, sanguinis detractiones indicatae sunt, praeterea, si forma magis acuta est, tartarus stibiatus, deinde alia diaphoretica et denique remedia derivatoria tam communia quam localia laudantur. Aegrotus unguentum cinereum infricet regioni dorsuali, balnea calida et incitantia adhibeat sicut vesicantia, fonticulos vel moxas. In causis arthriticis Rustius [59]) commendat antimonium, sulphur, decoctum radicis bardanae, sarsaparillae et alia similia antiarthritica; etiam oleum jecoris aselli et decoctum Zittmanni a medicis commendantur. Si a syphilitide malum originem ducit, hydrargyrica, aut si iis fortasse aegrotus abusus est, iodina in usum trahenda sunt. Si secretiones suppressae morbo exoriundo ansam dederunt, hae, si fieri potest, restituendae sunt. In causa ex viribus debilitatis onaniaque orta, remedia roborantia et derivantia indicata sunt. Denique in spondylarthrocace ex causis scrophulosis praeter diaetam animalem nutrientem oleum jecoris aselli, iodina, pulveres Plummeri, ba-

---

59) Rust l. c. p. 88.

ta muriatica, extractum cicutae, folia nucum ju-
andis, martialia maxime laudantur, ex quibus me-
cus aptissimum remedium sibi eligat.

In stadio secundo et tertio objecta curationis
abenda sunt causae occasionales, si vim suam ex-
cere pergunt, tum exorta partium articularium
estructio ad normalem statum nobis reducenda est,
enique valetudo universalis curanda. Causas occa-
onales secundum propriam earum naturam aggredi
ossumus iisdem remediis, quae in curatione primi
adii delineanda jam sunt exposita. Ut exortam arti-
ularium partium destructionem ad normam reduca-
us fortissimis remediis opus est et imprimis methodo
erivante locali. Remedia derivantia autem mitiora, e.
. vesicantia, unguentum sive emplastrum stibiatum
hil fere proficiunt [60]), quum parum incitent, qua re
ntum in lenissimo morbi statu apta sunt. Remedium
men efficacissimum hac in re est ferrum candens,
iod, quamquam jam veteribus medicis notum erat,
centiore tempore a Rustio [61]) magno cum fructu
auxilium vocatum est. Striae per ferrum candens
fectae vel quattuor vel quinque pollicum longitudi-
em patere debent. Ille vir omnibus ceteris remediis
praeponit, si aegrotus est torpidus, si mutatio-
es mixtionis formaeque organicae, si verae sublu-
ationes vel dislocationes adsunt. Multi medici
iam praesenti tempore in ferro candenti solam sa-

---

60) Jaeger l. c. pag. 88.
61) Rust l. c. p. 97.

lutis spem ponendam esse judicant; alii vero pro eo in usum trahunt quietem, methodum antiphlogisticam et derivantem. — Praeterea inter curationem totam situs quietus, horizontalis observandus est[62], qui sanationem valde accelerat; alii situm in abdomine commendant, quippe qui applicationem remediorum externorum melius concedat et oppressionem cohi beat[63]. Praeterea medicus operam det, ut secretiones et excretiones rite procedant; diaeta sit nutriens digestioni apta.

In stadio tertio saepe causae minus curandae, sed medici animus eo intendendus est, ut destructionem progredientem coerceat, et vim medicatricem ad ancylosin formandam adjuvet. Scriptorum sententiae valde differunt[64], num apertio abscessus congestivi lege artis instituenda, aut naturae sit relinquenda. Experientia edocti sumus, incisione in breve tempus status emendationen effici posse, quae paulo post iterum evanescit et celerem mortem adducit. Hanc ob causam plerumque hi abscessus non incisione aperiuntur; sed si necessitas urget, parva incisio facienda est, quae aliqua puris copia remota statim emplastro adhaesivo claudatur[65]. Rust[66] ad abscessum aperiendum ferro candenti utebatur; Che-

---

62) Boyer l. c. p. 504.
63) Jaeger l. c. p. 91.
64) Wenzel l. c. p. 310.
65) Chelius l. c. p. 159.
66) Rust l. c. p. 120.

ns[67], Brodie, Jaeger[68]) hos abscessus magna cisione aperiunt. Ceterum si morbus ad hoc momentum progressus est, nihil ultra fieri potest. Nunc fluxum puris satis curare et vires aegroti sustinere bemus, ne febris hectica eum consumat, praeque per chinam, acida mineralia, lichenem islancum et per cibos nutrientes et faciles decoctu. In riem ipsam nihil jam valemus, nisi natura et reedia derivantia finem faciunt ejus progressibus. Ubi tur caries remittit, sanando clauduntur ulcera tulosa per curationem idoneam, vertebrae sanae er sese coalescunt et praeter spinae dorsi curvanem nihil fere relinquitur.

---

67) Chelius l. c. p. 151.
68) Jaeger l. c. p. 100.

VITA.

Carolus Richardus Türk, ecclesiae addictus catholicae, patre Carolo, quem jam dudum fatum absumpsit, matre Henrica, e gente Schoenberg, quam vivam adhuc pia mente veneror, natus sum Glivitiae, urbe Silesiae superioris, die II. mensis Jun. anni h. s. XXII. Primis litterarum elementis instructus, annum decimum agens Gymnasium urbis patriae adii, e quo dimissus examineque pro maturitate rite superato, auctumnali tempore anni h. s. XL almam Viadrinam petii, ubi ab Illustr. Gaupp, t. t. Rectore Magnifico, civibus academicis, ab Ill. Betschler, t. t. Decano, facultati medicae adscriptus sum.

Scholis per duo semestria interfui hisce:

Ill. Barkow de anatomia comparata, de osteologia et syndesmologia; praeterea interfui ejus examinatorio anatomico.
Ill. Gravenhorst de zoologia.
Ill. Henschel de encyclopaedia studii medici.
Ill. Nees ab Esenbeck de botanice.
Ill. Otto de anatomia corporis humani, de historia foetus, de arte cadavera rite dissecandi.
Ill. Pohl de electro-magnetismo nec non de phaenomenis lucis et caloris.
Ill. Purkinje de physiologia.
Cel. Schauer dux mihi fuit in excursionibus botanicis.

Tempore auctumnali anni h. s. XLI almam hanc litterarum universitatem petii ibique ab Illustr. Schoemann, Rectore Magnifico, in civium academicorum numerum receptus, apud Decanum maxime Spectabilem, Ill. Berndt, nomen rite professus sum.

Per semestria sex hisce scholis interfui:

Ill. Baum de chirurgia; etiam clinico, cui praeest chirurgico et ophthalmiatrico interfui, nec non operationibus chirurgicis in cadavere institutis.
Ill. Berndt de therapia generali, pathologia et therapia speciali, arte obstetricia, morbis psychicis et morbis puer-

perarum audivi disserentem; Idem mihi dux erat in clinico medico et obstetricio.

Exp. Berndt de morbis pectoris simul cum exercitationibus ad indaganda signa physicalia, de operationibus obstetriciis in phantomate instituendis, de akiurgia, de chirurgia, de ophthalmiatriee et de historia medicinae.

Ill. Hornschuch de botanice medico-pharmaceutica, Ejusque demonstrationibus corporum naturalium in museo zoologico interfui.

Ill. Huenefeld de chemia theoretico-practica, organica, de pharmaciae et chemiae forensis elementis. de aquarum medicatarum qualitatibus physico-chemicis, de mineralogia.

Beat. Kneip de chirurgia.

Cel. Laurer de osteologia, syndesmologia, angiologia, neurologia, splanchnologia, ossium fracturis et luxationibus nec minus interfui repetitorio de rebus anatomicis.

Ill. Schultze de anatomia pathologica; Idem vir per duo semestria in theatro anatomico mihi dux fuit.

Ill. Seifert de pathologia generali, materia medica, semiotice, arte fascias chirurgicas rite alligandi formulasque medicas rite concinnandi, medicina forensi et politia medica.

Ill. Stiedenroth de psychologia.

Ill. Tillberg de physice.

Quibus omnibus viris optime de me meritis gratias ago ...m possum maximas semperque Eorum memoriam grato ...no retinebo.

Tentamine et philosophico et medico atque examine ri...oso a me absolutis spero fore, ut dissertatione thesibusque ...lice defensis, summi medicinae, chirurgiae et artis obste...ae honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Exarticulatio femoris non semper est rejicienda.

II.

Emeticum, jam indicatum, nunquam laxantibus compensatur.

III.

Defectus menstruorum non semper morbi phaenomenon.